

usitata verborum potestate recedatur atque in aliam rationem cum quadam venustate oratio conferatur¹⁰¹.

Quarum prima est nominatio, que nos ammonet, ut, cuius rei nomen aut non sit aut satis non sit idoneum, eam nosmet idoneo verbo nominemus aut imitationis^z causa aut significationis¹⁰². Imitationis causa hoc modo: Id est per onomatopoeiam^a, cum imitando vocem vel sonum vel aliud tale nomen fingimus, sicut imitando sonum campane, que facit tyntin, inde nomen tyntinabulum est confictum. Inde sic vox istius cithere syrenat dulcibus melodiis, syrenat, id est imitatur Syrenes. Significande rei causa sic: *Cum Iulius Cesar fecit impetum in senatum, tunc primo tempestuosus turbo civitatis Romane visus est pariter et auditus*¹⁰³.

Secunda est pronominatio^b, que sicuti^c cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine non potest appellari¹⁰⁴; ut, si volumus pulcritudinem alicuius speciosi hominis declarare, utputa Martini, si demonstravero cum suo nomine, non per hoc suam exprimo venustatem. Decet autem appellem eum nomine alicuius pulcri, utputa Paridis¹⁰⁵, statim apparebit et manifestabitur, quod sit pulcher. Sicut, si dixerimus, *Iste noster Paris nobis puellas aliquas non reliquit*, id est iste formosus. Quod similiter possumus facere ad vituperium alicuius, ut, si voluerimus pulcritudinem alicuius denotare, ipsum aut Davum¹⁰⁶ aut Thersitem¹⁰⁷ aut noctuam¹⁰⁸ nuncupemus.

z) imitationis Hs.

a) onomotopeiam Hs.

b) pronominatio Hs.

c) folgt pronominatio Hs.

101) Vgl. Rhet. Her. IV 42. Statt *quod omnes ardue sunt posite in figura* lautet die Auctor-Stelle *quod omnes in uno genere sunt positae* (C a p l a n S. 332, A c h a r d S. 181).

102) Vgl. Rhet. Her. IV 42.

103) Vgl. das zur nominatio gehörige, sehr ähnliche Beispiel Rhet. Her. IV 42.

104) Vgl. Rhet. Her. IV 42.

105) Vgl. Galfridus de Vinosalvo, Documentum II 3, 6, wo ebenfalls unter der Figur der pronominatio Paris und Schönheit gleichgesetzt werden (F a r a l S. 285).

106) Antiker Sklavename (z. B. im „Phormio“ des Terenz). Davus als Prototyp der Häßlichkeit aber erst im Mittelalter. Vgl. die 96 Verse umfassende Beschreibung seiner Häßlichkeit und seines damit verbundenen abstoßenden Charakters bei Matthäus von Vendôme, *Ars versificatoria* I Nr. 53 (F a r a l S. 125–127), dort bes. die Verse 1 f. (*Davus, rerum dedecus, aegra lues*), 6 f. (Gleichsetzung mit Thersitem), 49 f. und 57 f.

107) Griechischer Kämpfer in Troja. Beschreibung seiner extremen Häßlichkeit und seines widerlichen Charakters: Homer, *Ilias* II 212–221. Siehe auch Alanus ab